

REGESTA
PONTIFICUM ROMANORUM

TOMUS TERTIUS
(AB A. DCCCXLIV USQUE AD A. MXXIV)

VANDENHOECK ET RUPRECHT

REGESTA PONTIFICUM ROMANORUM

AB CONDITA ECCLESIA
AD ANNUM POST CHRISTUM NATUM
MCXCVIII

EDIDIT
PHILIPPUS JAFFÉ

EDITIONIS TERTIAE EMENDATAE ET AUCTAE
IUBENTE ACADEMIA GOTTINGENSI

SUB AUSPICIIS
NICOLAI HERBERS

TOMUM TERTIUM
(AB A. DCCCXLIV USQUE AD A. MXXIV)

CURAVIT
IUDITH WERNER

COOPERANTE
WALDEMARO KÖNIGHAUS

ADDENDIS ET CORRIGENDIS ADIUNCTIS

GOTTINGAE
IN AEDIBUS VANDENHOECK ET RUPRECHT
MMXXIII

Dieser Band wurde durch die Gemeinsame Wissenschaftskonferenz (GWK) im Rahmen des Akademienprogramms mit Mitteln des Bundes und des Landes Niedersachsen gefördert.

Bibliografische Information der Deutschen Nationalbibliothek:
Die Deutsche Nationalbibliothek verzeichnet diese Publikation in der Deutschen Nationalbibliografie; detaillierte bibliografische Daten sind im Internet über <https://dnb.de> abrufbar.

© 2017, 2023 Vandenhoeck & Ruprecht, Robert-Bosch-Breite 10, D-37079 Göttingen,
ein Imprint der Brill-Gruppe (Koninklijke Brill NV, Leiden, Niederlande;
Brill USA Inc., Boston MA, USA; Brill Asia Pte Ltd, Singapore;
Brill Deutschland GmbH, Paderborn, Deutschland)
Koninklijke Brill NV umfasst die Imprints Brill, Brill Nijhoff, Brill Hotei,
Brill Schöningh, Brill Fink, Brill mentis, Vandenhoeck & Ruprecht,
Böhlau, V&R unipress und Wageningen Academic.

Alle Rechte vorbehalten. Das Werk und seine Teile sind urheberrechtlich geschützt.
Jede Verwertung in anderen als den gesetzlich zugelassenen Fällen bedarf der
vorherigen schriftlichen Einwilligung des Verlages.

Vandenhoeck & Ruprecht Verlage | www.vandenhoeck-ruprecht-verlage.com

ISBN 978-3-647-31105-0

RERUM INDEX

Prooemium	VII
Praefatio	IX–X
Index abbreviationum	XI–XIII
Index Pontificum Romanorum	XV
Regesta Pontificum Romanorum	1–578
Index initiorum	579–589
Concordantia siglorum editionum secundae et tertiae	591–600
Concordantia siglorum editionis tertiae et voluminum serierum ‚Pontificia‘	601–619
Concordantia siglorum editionis tertiae et voluminum serierum ‚Regesta imperii‘	621–653
Index operum adhibitorum	655–706
Praefationis versio germanica	707–708
Addenda et corrigenda	709–713

PROOEMIUM

Ecce eodem paene tempore, quo apparuit Volumen secundum illius operis a Philippo Jaffé conditi, iam tertium volumen in lucem prodit. De ratione novae editionis generaliter in antecedentibus voluminibus actum est. Continentur autem in hoc volumine Regesta annorum centum octoginta, incipiendo ab anno 844 usque ad annum 1024, quae maximam partem elaborata sunt a Judith Werner, cuius *Dissertatio ex eadem re atque aetate originem traxit: Judith Werner, Papsturkunden vom 9. bis ins 11. Jahrhundert. Untersuchungen zum Empfängereinfluss auf die äußere Urkundengestalt* (edetur anno 2017 in: *Abhandlungen der Akademie der Wissenschaften zu Göttingen, Neue Folge* 43).

Judith Werner feliciter usa est illis plurimis Regestis Pontificum, quae inveniuntur in voluminibus novis Instituti cui titulus *Regesta Imperii* (cf. Böhmer/Herbers, Böhmer/Unger, Böhmer/Zimmermann, Böhmer/Frech). Adhuc tamen adhibenda videntur ipsa *Regesta Imperii*, quorum documenta traditionis, commentarii, additiones bibliographicae quo ampliores eo utiliores sunt. Quoad volumen tertium, quod offerimus: hoc certe firmabit, complebit, perficiet systema illud chronologicum Jaffeanum.

Una cum Victoria Trenkle Thorstanus Schlauwitz redactionem electronicam praeparavit. Non aliter ac in voluminibus praecedentibus curandis etiam huic ultimae parti absolvendae studiosi studiosaeque collaborantes opem dederunt, quos omnes in praefatione sua laudat Judith Werner.

Iterum Institutum illud generale *Akademieprogramm der Union der deutschen Akademien* editionem hanc per Institutum Academiae Gottingensis, cui titulus *Papsturkunden des frühen und hohen Mittelalters*, anno 2007 conditum, re vera creavit et ad finem deduxit, fovente ipsa Academia Gottingensi Domoque Editoria Vandenhoeck & Ruprecht optime cooperante.

Summae autem gratiae debentur collegae nostro Ernesto-Theoderico Hehl Moguntino, qui totum volumen manu scriptum legit atque percensuit. Hoc volumine demum in lucem prodito primi millennii historia Papatus nova ratione novisque documentis per temporum seriem digestam oculis omnium patere videtur. Mox, ut speramus, huic libro, quem hodie digne celebramus, alia forma investigationi aptior accedet, scil. electronica.

Tomo III a. 2023 reimpresso addenda et corrigenda, quae in fine huius voluminis indicantur, adiuncta sunt.

Erlangae

Nicolaus Herbers

PRAEFATIO

De intentione, ratione, methodo *Regestorum Pontificum Romanorum*

Regesta nostra qua intentione colligantur, qua ratione eligantur, quo denique ordine quaque forma preebeantur, in Praefatione voluminis primi legere poteris.

Quae autem ab illis duobus prioribus voluminibus differant, hic describenda videntur

In regestorum constitutione nihil mutavimus. In magna parte huius voluminis usui vel exemplo nobis fuerunt regesta illa ex *Regestis Imperii* sumpta, quae ad ipsos Pontifices pertinent. Nam in illis *Regestorum Imperii* voluminibus, quae Nicolaus Herbers, Veronica Unger, Haraldus Zimmermann, Carolus Augustinus Frech edenda curaverunt, accurate demonstratum est, quibus rebus vel negotiis singuli Pontifices interfuerint. Hac de causa in volumine praesenti, quod conspectum omnium Pontificum praebet, saepius ad illa volumina referimus, cum de auctoris vel temporis adscriptione dubitatur vel aliis de rebus subtilius investigandis agitur.

Sicut in duobus voluminibus prioribus etiam hic textuum excerptorum editiones criticas novissimas vel antiquiores, dum sint alicuius momenti, notavimus. Quod ad *deperdita* vel alias traditiones attinet, in quibus Pontificum gesta occurunt, illos tantum fontes adhibuimus, qui non amplius quam ducentis annis post descripti sunt, recentioribus tamen illis, qui unici tradebantur, exceptis.

In apparatu praeter *Regesta Pontificum Romanorum*, *Regesta Imperii* et *Pontifica* etiam bibliographia omnium operum invenitur, quae post annum 1950 in lucem prodierunt. Praeterea in hoc libro conscribendo magno usui fuerunt ea, quae huius seriei *Regestorum Imperii* praeparandae causa ad annos 882–911 pertinentia collecta sunt.

Exemplum priorum voluminum secuti documentorum adscriptionem temporis sumpsimus (nisi aliter indicatum) ex ipsis editionibus recentissimis. Adscriptio Regestorum illorum, quae ex *Libro Pontificali* sumpta sunt, eiusdem libri ordinem *Indictionum* sequitur. Quo factum est, ut haec Regesta saepius spatio temporis a mense Septembri usque ad mensem Augusti anni sequentis adscripta sint.

Gratiarum actio — Progressus spes

Regesta Pontificum Romanorum a Philippo Jaffé primum edita uno tantum volumine continebantur.

Praefatio

Editionem secundam a Ferdinando Kaltenbrunner, Paulo Ewald, Samuele Löwenfeld in duo volumina tunc distributam nunc sequitur editio nova in plures partes redacta.

Itaque iam tempus esse videtur, ut tam *Regestorum Pontificum* fundatoribus prioribus memori mente gratiam persolvamus quam ipsis viris feminisque posterioribus, qui his voluminibus duobus denuo edendis operam curamque impenderunt, necnon editionis novae auctori, Nicolao Herbers, gratias quam maximas agamus. Horum enim omnium studio ad eandem rem feliciter collato et strenua concordique actione effectum est, ut tria volumina novae editionis tam crebro absolverentur. In primis autem Marcus Schütz, sed etiam Cornelia Scherer, Thorstanus Schlauwitz, Catharina Gowers operis fundamenta iecerunt, quibus sequentes viri feminaeque structuram imposuerunt. Waldemarus Könighaus, qui textum manu scriptum saepius perlegit, non solum nonnulla supplementa addidit sed etiam regesta nova inserenda in Latinum transtulit. Fidelis Rädle Gottingensis, qui Prooemia et Praefationes Latine reddidit.

Praeterea Latinitati emendandae incubuerunt Genoveva Horn, Iasmina Sailer, Matthias Haas. Omnibus autem illis, qui vel quae huic operi perficiendo opem tulerunt, etiam neglectis eorum nominibus gratiae magnae debentur. Inter quos Thorstanus Schlauwitz et Haroldus Böhm voluminibus ipsis excudendis qua sunt dexteritate operam feliciter impenderunt. Magno emolumento nobis fuit facultas cum Veronica Unger et Nicolao Herbers, qui *Regesta Imperii* edenda curant, de Hadriani II regestis disputandi.

Optime autem meritus est de libris his conficiendis Ernestus-Theodericus Hehl, qui textum ipsum percensuit consilioque suo plurimum auxit. Summae denique agendae sunt gratiae Victoriae Trenkle, collegae meae, quae rem nostram studio et cura per omnia feliciter prosecuta est. Eius labori confisi speramus etiam cetera huius instituti volumina mox in lucem editum iri.

Erlangae

Judith Werner

INDEX ABBREVIATIONUM

a.	annus	D.N.I.C.	Domini nostri Iesu Christi
a. inc.	anno incarnatione	dat.	datum
A.S.	apostolica sedes	dec.	december
abb.	abbates	def.	defensor
abbrev.	abbreviatio	diac.	diaconus
act.	actum	dioec.	
adn.	adnotatio	eccl.	ecclesia, ecclesiasticus
aecl.	aecclisia, aecclesiastica	ed.	editio, editum, edidit
aest.	aestate	edd.	editiones, ediderunt
al.	aliter	ep.	episcopus
ap.	apud	epist.	epistola, epistolae
apocris.	apocrisiarius	epp.	episcopi
apost.	apostolus, apostolicus	etc.	et cetera
app.	appendix	ex.	exeunte
apr.	aprilis	fasc.	fasciculum
arch.	archivum	febr.	februarius
archicanc.	archicancellarius	fragm.	fragmentum
archiep.	archiepiscopus	hist.	historia
archiepp.	archiepiscopi	i. a.	inter alia
archinot.	archinotarius	i. e.	id est
archiscrin.	archiscrinarius	ian.	ianuarius
aug.	augustus	id.	idus
aut.	autumno	imp.	imperator
b.	beatus	in.	ineunte
bb.	beati	inc.	incarnatio
bibl.	bibliotheca, bibliothecarius	ind.	indictio
c.	capitulum	iun.	iunius
canc.	cancellarius	iul.	iulius
card.	cardinalis	kal.	kalendae, kalendas
cat.	catalogus	lat.	latinus
cet.	ceteri	laud.	laudatur
cf.	confer	leg.	lege
Chr.	Christus	Lib. pont.	Liber pontificalis
chron.	chronica, chronicon	m.	mensis
conc.	concilium	mai.	maius
cons.	consul	mart.	martius
cont.	continuatio, continuator	med.	medio
cor.	coronatus	mon.	monasterium
cr.	circiter	n.	numerus, noster
d.	dies, dominus	nomenc.	nomenclator, nomencolator,

	nomenculator	S.R.E.	sancta Romana ecclesia
non.	nonae, nonas	s. v.	sub voce
not.	notarius, nota	S.R.S.A.	sancta Romana sedes apostolica
nov.	november	S.S.A.	summa sedes apostolica
oct.	october	saec.	saeculum
p.	pagina	scil.	scilicet
p. m.	per manum	scr.	scriptum
pal.	palatium	scrin.	scriniarius
patr.	patriarcha	secund.	secundicerius
perp.	perpetuus	sept.	september
pp.	papa	sq.	sequens
prim.	primicerius	sqq.	sequentes
prop.	propitio	ss.	sacratissimus, sancti
protonot.	protonotarius	subscr.	subscriptus, subscripti
protoscrin.	protoscriniarius	suprascr.	suprascriptum
q.	quaestio	temp.	tempus
q. d.	qui/quae/quod dicitur	tit.	titulus
R.E.	Romana ecclesia	univ.	universalis
reg.	regionarius, regnante	v.	vide
reimpr.	reimprimatum	vat.	vaticanus
s.	sanctus	vol.	volumen
S.A.S.	summa apostolica sedes	yprocanc.	yprocancellarius

Abbreviationes serierum

AASS	Acta Sanctorum
CCCM	Corpus Christianorum Continuatio Mediaevalis
FSI	Fonti per la Storia d'Italia
MGH	Monumenta Germaniae Historica
- Briefe d. dt. Kaiserzeit	Die Briefe der deutschen Kaiserzeit
- Capit.	Capitularia regum Francorum
- Conc.	Concilia
- Const.	Constitutiones
- DD	Diplomata
- Dt. Chron.	Deutsche Chroniken
- Epp.	Epistolae in Quart
- Fontes iuris	Fontes iuris Germanici antiqui in usum scholarum separatim editi
- Formulae	Formulae Merowingici et Karolini aevi
- Ldl	Libelli de lite imperatorum et pontificum
- Necr.	Necrologia Germaniae
- Poetae	Poetae Latini medii aevi
- SS	Scriptores in Folio
- SS rer. Germ.	Scriptores rerum Germanicarum in usum scholarum separatim editi
- SS rer. Germ. N. S.	Scriptores rerum Germanicarum, Nova series
- SS rer. Lang.	Scriptores rerum Langobardicarum
MIÖG	Mitteilungen des Instituts für Österreichische Geschichtsforschung

Index abbreviationum

xiii

MMFH	Magnae Moraviae Fontes Historici
MPH	Monumenta Poloniae historica
RIS	Rerum Italicarum Scriptores
SS rer. Brit.	Rerum Britannicarum Medii Aevi Scriptores

INDEX PONTIFICUM ROMANORUM

„Antipapae“ in litteris italicis imprimatae sunt.

Agapitus II	946–955	Iohannes XIV	983–984
<i>Anastasius</i>	855	Iohannes XV	985–996
Anastasius III	911–913	<i>Iohannes XVI</i>	997–998
Benedictus III	855–858	Iohannes XVII	1003
Benedictus IV	900–903	Iohannes XVIII	1003–1009
<i>Benedictus V</i>	964–965	Lando	913–914
Benedictus VI	973–974	Leo IV	847–855
Benedictus VII	974–983	Leo V	903
Benedictus VIII	1012–1024	Leo VI	928–929
Bonifatius VI	896	Leo VII	936–939
<i>Bonifatius VII</i>	974; 984–985	Leo VIII	963–965
Christophorus	903–904	Marinus I	882–884
Formosus	891–896	Marinus II	942–946
Gregorius V	996–999	Nicolaus I	858–867
<i>Gregorius (VI)</i>	1012	Romanus	897
Hadrianus II	867–872	Sergius II	844–847
Hadrianus III	884–885	Sergius III	897–98; 904–911
<i>Iohannes (VIII)</i>	844	Sergius IV	1009–1012
Iohannes VIII	872–882	Silvester II	999–1003
Iohannes IX	898–900	Stephanus V	885–891
Iohannes X	914–928	Stephanus VI	896–897
Iohannes XI	931–936	Stephanus VII	929–931
Iohannes XII	955–963; 963–964	Stephanus VIII	939–942
Iohannes XIII	965–972	Theodorus II	897

REGESTA PONTIFICUM ROMANORUM

Sergius II (844–847)

cui accedit: Iohannes (VIII) (844)

- | | | |
|----------|--|--|
| * 5272 | (844 ian. 21–27) | Roma, Laterano |
| JE I 327 | Iohannes diaconus (antipapa) „persuaso ... satis imperito et agresti populo“ patriarchium Lateranense occupat. | |
| | L a u d . i n : <i>Lib. pont. (Duchesne II 87)</i> . – R e g . : Böhmer/Herbers n. 1. | |
| | Olim ad a. 844 ian. De tempore cf. Böhmer/Herbers n. 1. | |
| * 5273 | (844 ian. 21–27) | Roma, SS. Silvestro e Martino ai Monti |
| JE I 327 | „Sergius (II), natione Romanus, ex patre Sergio“ natus regionis IV, eligitur a proceribus et Romanae urbis optimatibus universoque ecclesiae populo et ex basilica b. Martini educitur. | |
| | L a u d . i n : <i>Lib. pont. (Duchesne II 86; Přerovský II 520)</i> ; <i>Ann. Bertiniani ad a. 844 (Grat 45)</i> ; <i>Ann. Fuldenses ad a. 843 (MGH SS rer. Germ. 7, 34)</i> ; <i>Petri Bibliothecarii Hist. Francorum abbrev. (MGH SS 1, 417)</i> ; <i>Ann. Xantenses ad a. 844 (MGH SS rer. Germ. 12, 13)</i> ; <i>Ann. s. Germani minores ad a. 844 (MGH SS 4, 3)</i> . – R e g . : Böhmer/Herbers n. 2. | |
| | Olim ad a. 844 ian. De tempore cf. Böhmer/Herbers n. 2. | |
| * 5274 | (844 ian. 21–27) | Roma, Laterano |
| JE I 327 | Sergius (II) in patriarchium Lateranense perducitur; Iohannes diaconus (antipapa) expellitur et comprehenditur. | |
| | L a u d . i n : <i>Lib. pont. (Duchesne II 87)</i> . – R e g . : Böhmer/Herbers n. 3. | |
| | Olim ad a. 844 ian. De tempore cf. Böhmer/Herbers n. 3. | |
| * 5275 | (844 ian. 21–27) | Roma |
| JE I 327 | De Iohanne antipapa concilium agitur, „quem etiam concilio antistitum principes damnare suoque maluerunt privari honore; necnon alii ensibus membratim eum dilaniare ac interimere voluerunt. Sed hoc fieri ... Sergius praesul“ prohibet. | |
| | L a u d . i n : <i>Lib. pont. (Duchesne II 87)</i> . – R e g . : Böhmer/Herbers n. 4. | |
| | Olim ad a. 844 ian. De tempore cf. Böhmer/Herbers n. 4. | |
| * 5276 | (844 ian. 27) | Roma, S. Pietro |
| JE I 327 | Sergius (II) consecratur. | |
| | L a u d . i n : <i>Lib. pont. (Duchesne II 87)</i> ; <i>Adonis Viennensis Chron. (MGH SS 2, 322)</i> ; <i>Pseudo-Liudprandi Lib. (Migne PL 129, 1244)</i> . – R e g . : Böhmer/Herbers n. 5. | |
| | Olim ad a. 844 ian. De tempore cf. Böhmer/Herbers n. 5; cf. J ³ *5280. | |
| * 5277 | 844 (in.) | |
| | Sergio (II) Hrabanus Maurus librum, quem de laude s. crucis Christi composuit, per Ascrichum et Hruodbertum monachos monasterii Fuldensis s. Petro offerendum transmittit. | |

L a u d . i n : *Hrabani Mauri Versus dedicationis* (*MGH Poetae* 2, 159; *Perrin* 5); *Ann. Fuldaensis ad a. 844* (*MGH SS rer. Germ.* 7, 35); *Petri Bibliothecarii Hist. Francorum abbrev.* (*MGH SS* 1, 417). – R e g . : Böhmer/Herbers n. 24.

De re et monachis Fuldaensibus ad Sergium directis cf. Böhmer/Herbers n. 24.

* 5278

(844 mai. in.)

Roma

Cum licentia et epistolis Lotharii (I) imperatoris ad Gregorium (IV) pontificem directis Marcwardus abbas Prumiae monasterii Romam proficiscitur, ut alicuius praeclarissimi martyris corpus accipiat. Arrepto iam itinere certior factus est Gregorium papam obiisse et Sergium (II) pro eo constitutum esse. Missa ad imperatorem relatione et receptis ad nuper creatum pontificem mandatis Romam venit.

L a u d . i n : *Translatio ss. Chrysanti et Dariae* (*MGH SS* 15/1, 374). – R e g . : Böhmer/Mühlbacher² n. 1113a; *Germ. Pont.* X 281 n. *3; Böhmer/Herbers n. 27.

De re cf. Böhmer/Herbers n. 27 et Herbers Reliquienreisen.

* 5279

(844 mai. 12)

Roma, Laterano

Marcwardo abbati Prumiensi per Marinum episcopum mittit librum ss. passiones continentem iubetque passionem ss. Chrysanti et Dariae litteris conscribit; tradit ei constituta die in Lateranensi ecclesia summo cum honore corpora praeformatum martyrum cum reliquiis XLVI ss. martyrum praecipiens, ut ad venerationem ss. Chrysanthi et Dariae intendat et aliorum reliquias in eorum tumulo recondat.

L a u d . i n : *Translatio ss. Chrysanti et Dariae* (*MGH SS* 15/1, 375). – R e g . : *Germ. Pont.* X 281 n. *4; Böhmer/Herbers n. 28.

De re cf. Böhmer/Herbers n. 28, Herbers Reliquienreisen et Röcklein Hagio-Geo-Graphien 177.

* 5280

844 iun. 8

Roma, in gradibus ecclesiae s. Petri

JE I 327

Recipit Ludovicum (II) a patre Lothario (I) imperatore cum Drogone episcopo Metensi missum, ut ageret, „ne deinceps decedente apostolico quisquam ... praeter sui (imperatoris) iussionem missorumque suorum praesentiam ordinetur antistes“ (d. dominico post pentecostem).

L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne II* 87; *Přerovský II* 522–525); *Ann. Bertiniani ad a. 844* (*Grat* 46); *Pseudo-Liudprandi Lib. (Migne PL* 129, 1244). – R e g . : Böhmer/Mühlbacher² n. 1115a; Böhmer/Zielinski n. 24; Böhmer/Herbers n. 30.

* 5281

(844 iun. 9–15)

Portas Romae claudit, quia audierat exercitum Ludovici (II) regis „in hanc famosissimam urbem hospitalitatis causam introire“ voluisse.

L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne II* 89; *Přerovský II* 525). – R e g . : Böhmer/Zielinski n. 25; Böhmer/Herbers n. 31.

De re cf. Böhmer/Herbers n. 31.

* 5282

844 (iun. 10–15?)

(Roma, S. Pietro)

JE I 327

Synodus (Romae) concelebratur, in qua primum de Sergii (II) papae designatione decernitur ac Lothario (I) iusiurandum una cum Romanis dat, nolens iusiurandum Ludovico (II) regi dare; iterum Sergius (II) papa aspernatur Ebonem Remensem et Bartholomaeum Narbonnensem archiepiscopos depositos restituere; tertium Drogonem archiepiscopum Metensem vicarium Galliae Germaniaeque facit.

L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne II* 89; *MGH Conc.* 3, 25; *Přerovský II* 525–528); *Ann. Bertiniani ad a. 844* (*Grat* 45); *J³ 5285; Acta synodi Suessionensis* 853 apr. (*MGH Conc.* 3, 271 et 293); *J³ ?5435; Hincmari Remensis commentarius* 866 aug. 18 (*MGH Epp.* 8, 178 n. 184); *Hincmari epist. ad Egilonem* a. 866 sept. directa (*MGH Epp.* 8, 191 n. 186); *Hincmari Remensis De praedestinatione* (*Migne PL* 125, 391); *J³ 6040; Flooardi Remensis Hist.* II c. 20 et III c. 11 (*MGH SS* 36, 189 et

212); *Pseudo-Liudprandi Lib.* (*Migne PL* 129, 1244). – R e g . : Böhmer/Mühlbacher² n. 1115a; *Reg. chartarum Pistoriensium I* 32–34 n. 36; Böhmer/Zielinski n. 26; Böhmer/Herbers n. 32.
Olim ad a. 844 iun post J³*5283. De re et tempore cf. Böhmer/Herbers n. 32.

- | | | |
|----------|--|-----------------|
| * 5283 | 844 (iun. 15) | Roma, S. Pietro |
| JE I 327 | Ludovicum (II) Lotharii (I) imperatoris filium „oleo sancto perunguens, regali ac pretiosissima“ coronat „corona, regemque Langobardorum perficit. Cui regalem tribuens gladium illique subcingere“ iubet (dominico d. sequente). | |
| | L a u d . i n : <i>Lib. pont.</i> (<i>Duchesne II</i> 89; <i>Přerovský II</i> 525–527); <i>Ann. Bertiniani ad a.</i> 844 (<i>Grat</i> 46); <i>Flodoardi Remensis De Christi triumphis</i> (<i>Migne PL</i> 135, 814); <i>Pseudo-Liudprandi Lib.</i> (<i>Migne PL</i> 129, 1244). – R e g . : Böhmer/Zielinski n. 27; Böhmer/Herbers n. 33. | |
| * 5284 | (844 post iun. 15) | Roma |
| JE I 328 | Siconulfum ducem Beneventanum suscipit Ludovico (II) rege Romae morante. | |
| | L a u d . i n : <i>Lib. pont.</i> (<i>Duchesne II</i> 90; <i>Přerovský II</i> 528). – R e g . : Böhmer/Mühlbacher ² n. 115a; <i>Ital. Pont. IX</i> 13 n. *24; Böhmer/Zielinski n. 28; Böhmer/Herbers n. 34. | |
| | De re cf. Böhmer/Herbers n. 34. | |
| 5285 | (844 post iun. 16) | |
| JE 2586 | Episcopis transalpinis significat se Drogonem archiepiscopum Metensem vicarium suum praefecisse cunctis provinciis trans Alpes constitutis; ad concordiam hortatur. – <i>Optaveram equidem fratres.</i> | |
| | E d . : <i>MGH Epp.</i> 5, 583 n. 1. – R e g . : <i>Parisse Bull. Lorraine</i> 13 n. 3; Böhmer/Zielinski n. 26; Böhmer/Herbers n. 35. | |
| | De re cf. Böhmer/Herbers n. 35. Cf. et J ³ *5282. | |
| * 5286 | (844 iun.) | |
| | Eremberto illustri viro corpora s. Primi et s. Feliciani concedit. | |
| | L a u d . i n : <i>Inscriptio</i> (<i>De Vit Lago Maggiore</i> 2/1, 119 not. 2 et <i>Storia di Milano</i> 2, 396 not. 6). – R e g . : <i>Ital. Pont. VII</i> /1, 168 n. *1; Böhmer/Herbers n. 29. | |
| | De re cf. Böhmer/Herbers n. 29. | |
| * 5287 | (844 iun. ex.) | |
| | Sergium (II) senatus populusque Romanus „velut salutis auctorem ac restitutorem pacis“ venerantur rege Ludovico (II) Papiam reverso. | |
| | L a u d . i n : <i>Lib. pont.</i> (<i>Duchesne II</i> 91; <i>Přerovský II</i> 529). – R e g . : Böhmer/Herbers n. 36. | |
| | De re cf. Böhmer/Herbers n. 36. | |
| * 5288 | (844) | |
| | Basilicam Salvatoris (Romanam), quae Constantiniana nuncupatur, renovari atque decorari iubet. | |
| | L a u d . i n : <i>Lib. pont.</i> (<i>Duchesne II</i> 91). – R e g . : Böhmer/Herbers n. 21. | |
| | De re cf. Böhmer/Herbers n. 21. | |
| * 5289 | (844) | |
| | „Cameram Praesepii ..., quod basilicae b. Dei genetricis dominae nostrae (Romanae) conectitur, que Maior ab omnibus nuncupatur, argenteis tabulis ac deauratis“ perornat. | |
| | L a u d . i n : <i>Lib. pont.</i> (<i>Duchesne II</i> 91). – R e g . : Böhmer/Herbers n. 22. | |
| | De re cf. Böhmer/Herbers n. 22. | |

- * 5290 (844)
 „Formam quae Iovia vocatur“ restaurat.
 L a u d . i n : *Lib. pont.* (*Duchesne II* 91). – R e g . : Böhmer/Herbers n. 23.
 De re cf. Böhmer/Herbers n. 23.

* 5291 (844) (Roma)
 Reliquias s. Calixti in Calepodii cimiterio elevat et Notingo episcopo Brisciae tradit.
 L a u d . i n : *Translatio s. Calixti Cisonium* (*MGH SS 15/1*, 418). – R e g . : Böhmer/Herbers n. 19.
 De re cf. Böhmer/Herbers n. 19.

† 5292 (844) (Roma)
 JE †2587 Abbatii et monasterio (Romano) ss. Stephani et Silvestri atque Dionysii portam s. Valentini, monasterium s. Valentini et pontem lapideum, „qui appellatur Molvium ... fluvium Tyberis“, concedit (Scr. p. m. Gaudiosi, protoscrin. S.R.E. Ind. suprascr. I ... et reg. et bibl. S.R.E. A. Deo prop. pont. d. Sergii II pp. a. I, reg. Lothario a Deo cor. imp., ind. suprascr. I). – (*Potentium desideriis ita*; *Iustis potentium votis*).
 E d . : *Montenovesi La raccolta delle pergamene* 33. – R e g . : *Ital. Pont. I* 82 n. 4; Böhmer/Herbers n. †20.
 De tempore cf. Böhmer/Herbers n. †20.

* 5293 (845 mart. 29)
 Hadriano cardinali presbytero s. Marci (Romani) et conpresbyteris denarios XL donat.
 L a u d . i n : *Lib. pont.* (*Duchesne II* 173; *Přerovský II* 623). – R e g . : Böhmer/Herbers n. 49.
 De re et tempore cf. Böhmer/Herbers n. 49.

* 5294 (844 sept.–845 aug.)
 „Basilicam sancti Archangeli (Tiburtinam), quae in cacumine Faiani montis est constituta, largiorem ... a fundamentis“ perficit; „picturis“ pingi iubet; „sarta tecta eius noviter“ restaurat; et „vestes de ymizino ... IIII; similiter et vela IIII“ donat.
 L a u d . i n : *Lib. pont.* (*Duchesne II* 92). – R e g . : Böhmer/Herbers n. 37.
 De re et tempore cf. Böhmer/Herbers n. 37. Laud. in Lib. pont. in loco ad indictionem VIII pertinente.

* 5295 (844 sept.–845 aug.)
 „Scolam Cantorum (Romanam) quae pridem Orphanotropheum vocabatur“ restaurat et „oratorio beati Stephani protomartyris quod positum est in ipsa schola“, „velum de fundato I cum periclis in de tyreo; similiter ... patenam et calicem de argento“ donat.
 L a u d . i n : *Lib. pont.* (*Duchesne II* 92). – R e g . : Böhmer/Herbers n. 38.
 De re cf. Böhmer/Herbers n. 38 et J³ *5294.

* 5296 (844 sept.–845 aug.)
 „Basilicam b. Romani martiris, quae non longe ab urbe foris porta Salaria sita est ... a fundamentis“ construit; „titulus sanctorum Silvestri et Martini parrochiam esse“ decernit; et „vestem de fundato I cum pericli de blattin“ donat.
 L a u d . i n : *Lib. pont.* (*Duchesne II* 92). – R e g . : *Ital. Pont. I* 46 n. *3; Böhmer/Herbers n. 39.
 De re cf. Böhmer/Herbers n. 39 et J³ *5294.

*** 5297 (846 in.)**

A Sergio (II) Lotharius (I) imperator, rogatu Ebonis Remensis, legatos petit, ut controversiam inter (archiepiscopos) Hincmarum et Ebonem Remenses cum episcopis provinciae (Remensis) dirimant.

L a u d . i n : *J³ 5356; Hincmari Remensis epist. (MGH Epp. 8, 210 n. 198); epist. synodica 867 oct.–nov. (MGH Conc. 4, 236); Flodoardi Remensis Hist. III c. 2 (MGH SS 36, 192; MGH Epp. 8, 204).* – R e g . : Böhmer/Mühlbacher² n. 1124a; Böhmer/Herbers n. 51.

De re cf. Böhmer/Herbers n. 51.

*** 5298 (846 in.)**

Sergii (II) frater Benedictus „curam ecclesiasticam et publicam“ usurpat.

L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne II 97); Pseudo-Liudprandi Lib. (Migne PL 129, 1244).* – R e g . : Böhmer/Herbers n. 52.

De re et tempore cf. Böhmer/Herbers n. 52.

† 5299 (844–846) mart. 4**Roma**

Monasterio ss. Salvatoris et Salmiani Sextensi donat ecclesias s. Victorii in Fregia, s. Benedicti Montis Calvoli et s. Fridiani ad Tredecim in territorio Vici Pisani una cum abbatia s. Michaelis de Cintoria (Dat. Romae a. 841, pont. a. III, mart. IV).

R e g . : *Ital. Pont. III 459 n. *t7; Böhmer/Herbers n. t26.*

Editio deest, de manuscriptis cf. Böhmer/Herbers n. t26.

*** 5300 (846 ante apr. 18)**

Carolo (Calvo) regi praecipit, „ut Guntboldum Rotomagensem archiepiscopum cum ceteris episcopis regni sui, quos praedictus Guntboldus ad hoc sibi eligeret, obviam missis (suis) Treveris ad hanc causam (i. e. discordiam inter Hincmarum et Ebonem Remenses) discutiendam“ dirigat „et (Hincmarum) ad ipsam synodus venire“ faciat.

L a u d . i n : *Hincmari Remensis epist. (MGH Epp. 8, 210 n. 198); epist. synodica 867 oct.–nov. (MGH Conc. 4, 236); Flodoardi Remensis Hist. III c. 2 (MGH SS 36, 192; MGH Epp. 8, 204).* – R e g . : Böhmer/Herbers n. 54; Böhmer/Fees n. 523.

Olim ad a. 846. De tempore cf. Böhmer/Herbers n. 54.

*** 5301 (846 ante apr. 18)**

JE *2589 Guntboldo archiepiscopo Rotomagensi significat se „post diem sanctae resurrectionis (apr. XVIII) missos suos ... in servitium imperatoris“ (Lotharii I) legaturum esse. Mandat, ut discordiae inter Hincmarum et Ebonem Remenses componendae causa Treveris cum episcopis conveniat.

L a u d . i n : *Hincmari Remensis epist. (MGH Epp. 8, 210 n. 198); epist. synodica 867 oct.–nov. (MGH Conc. 4, 236); Narratio clericorum Remensium (MGH Conc. 2/2, 812); Flodoardi Remensis Hist. III c. 2 (MGH SS 36, 192; MGH Epp. 8, 204).* – R e g . : Böhmer/Herbers n. 55.

Olim ad a. 846. De tempore cf. Böhmer/Herbers n. 54.

*** 5302 (846 ante apr. 18)**

Guntboldus archiepiscopus Rotomagensis Ebonem per litteras et legatos ex auctoritate papae ad synodam Treverensem advocat.

L a u d . i n : *Hincmari Remensis epist. (MGH Epp. 8, 211 n. 198); Flodoardi Remensis Hist. III c. 2 (MGH SS 36, 192; MGH Epp. 8, 204).* – R e g . : Böhmer/Herbers n. 56.

De re cf. Böhmer/Herbers n. 54 et n. 56.

*** 5303 (846 ante apr. 18)**

JE *2591 Hincmarum archiepiscopum Remensem adesse in synodo Treverensi iubet.

L a u d . i n : *Hincmari Remensis epist.* (*MGH Epp.* 8, 210 n. 198); *epist. synodica* 867 oct.–nov. (*MGH Conc.* 4, 236); *Flooardi Remensis Hist.* III c. 2 (*MGH SS* 36, 192; *MGH Epp.* 8, 204). – R e g . : Böhmer/Herbers n. 57.

Olim ad a. 846. De re et tempore cf. Böhmer/Herbers n. 54.

- † 5304 846 apr. Roma**
 JE †2588 Anschario archiepiscopo Hamburgensi concedit, „sicut a ... Gregorio (IV) concessum est (J³ +5150), scilicet ut gentes Wimodiorum, Norblingorum, Danorum, Norvenorum, Suenorum, vel quascunque septentrionalium nationum jugo fidei praedicatione ... subdideri(t), ad sedem Hamaburgensem spirituali dominatione possidea(t)“. Eundem et eius successores pallii et mitrae ac crucis praeferendae iure ornat et possessiones ecclesiae confirmat (Dat. p. m. Leonis, canc. S.R.E. in m. apr., ind. IX). – *Quoniam apostolicae dignitatis*.
 E d . : *Curschmann PUU Hamburg* 17 n. 2. – R e g . : *Dipl. Danicum I/1*, 17 n. 39; *Seegrün Ebt. Hamburg* 7; *Germ. Pont.* VI 28 n. †15; Böhmer/Herbers n. †53.
 Laud. et in Innocentii II (JL 7622; JL 7623; JL 7624; JL 7626) et in Victoris IV (JL II 420) privilegiis.
- * 5305 846 mai. 19**
 Rainaldo abbati aliisque clericis Maioris Monasterii (Turonensis) Romae degentibus reliquias s. Gorgonii largitur (a. ... 846 ... XIV kal. iun.).
 L a u d . i n : *Translatio s. Gorgonii* (*AASS mart.* 2, 56). – R e g . : Böhmer/Herbers n. 58.
 De re cf. Böhmer/Herbers n. 58.
- * 5306 (846) aug. 10**
 (Sergio II) Adelvertus comes marcensis et tutor Corsicanae insulae mittit epistolam, qua nuntiat multitudinem gentis Saracenorum XI milia ad Romam properantem venire cum navibus LXXIII et equis D (missa est X d. m. aug.).
 L a u d . i n : *Lib. pont.* (*Duchesne II* 99). – R e g . : *Ital. Pont.* X 467 n. *13; Böhmer/Herbers n. 59.
 De re cf. Böhmer/Herbers n. 59.
- * 5307 (845–846 aug.)**
 Oratorio b. Caesarii martyris „in patriarchio Lateranens(i)“ „vela sirica ... V“ donat.
 L a u d . i n : *Lib. pont.* (*Duchesne II* 93). – R e g . : Böhmer/Herbers n. 43.
 De re et tempore cf. Böhmer/Herbers n. 43.
- * 5308 (845–846 aug.)**
 Basilicam s. Theodori martyris „in Coranis ... finibus“ picturis decorat eique „vestem de fundato“ donat.
 L a u d . i n : *Lib. pont.* (*Duchesne II* 93 et 94). – R e g . : Böhmer/Herbers n. 44.
 De re et tempore cf. Böhmer/Herbers n. 44.
- * 5309 (845–846 aug.)**
 Basilicae b. Petri (Romanae) vestem donat.
 L a u d . i n : *Lib. pont.* (*Duchesne II* 93). – R e g . : Böhmer/Herbers n. 45.
 De re et tempore cf. Böhmer/Herbers n. 45.
- * 5310 (845–846 aug.)**
 Ecclesiae s. Dei genetricis Mariae, „quae ponitur in Arrano, patenam et calicem“ donat.

Laud. in: *Lib. pont.* (*Duchesne* II 93). – Reg. : Böhmer/Herbers n. 46.
De re et tempore cf. Böhmer/Herbers n. 46.

* 5311 (845–846 aug.)

Iubet ecclesiam ss. Silvestri et Martini (Romanam) renovari atque decorari et facit multas donationes.
Laud. in: *Lib. pont.* (*Duchesne* II 93–97; *Přerovský* II 529–531); *Inscriptio in apside ecclesiae ss. Silvestri et Martini* (*MGH Poetae* 2, 663). – Reg. : *Ital. Pont.* I 46 n. 4; Böhmer/Herbers n. 47.
De re cf. Böhmer/Herbers n. 47.

* 5312 (845–846 aug.)

Iuxta latus basilicae ss. Silvestri et Martini (Romanae) monasterium in honore b. Petri apostoli ac Pauli, Sergii et Bachii, sanctique Silvestri et Martini a fundamentis construit.
Laud. in: *Lib. pont.* (*Duchesne* II 97; *Přerovský* II 532). – Reg. : *Ital. Pont.* I 46 n. *5; Böhmer/Herbers n. 48.
De re et tempore cf. Böhmer/Herbers n. 48.

* 5313 (846 aug. ex.)

Legatos ad Widonem (I) marchionem (Spoletinum) mittit auxiliumque (contra Saracenos) petit, „ut veniret et succurreret civitatis Romane Ecclesie sancte ... et dona amplissima reciperet“.
Laud. in: *Benedicti s. Andreeae Chron.* (*FSI* 55, 150). – Reg. : Böhmer/Herbers n. 60.
De re cf. Böhmer/Herbers n. 60.

* 5314 (844–846 oct.)

JE *2593 Venerium patriarcham (Gradensem) die natalis b. Martini Romam ad controversiam cum Andrea patriarcha Aquileiensi componendam pervenire mandat.
Laud. in: *J³ 5317*. – Reg. : *Ital. Pont.* VII/2, 42 n. *34; Böhmer/Herbers n. 15.
Olim ad a. 844–847. De tempore cf. Böhmer/Herbers n. 15.

* 5315 (844–846 ante nov. 11)

Lothario (I) imperatori litteras scribit propter generalem synodum ad controversiam inter patriarchas Aquileiensem et Gradensem componendam.
Laud. in: *J³ 5317*. – Reg. : Böhmer/Herbers n. 16.
De re cf. Böhmer/Herbers n. 16. De tempore cf. Böhmer/Herbers n. 18.

* 5316 (844–846 ante nov. 11)

JE *2593 Venerio patriarchae (Gradensi) scribit se responsum Lotharii (I) imperatoris expectare debere ad controversiam inter patriarchas Gradensem et Aquileiensem componendam.
Laud. in: *J³ 5317*. – Reg. : *Ital. Pont.* VII/2, 42 n. *34; Böhmer/Herbers n. 17.
Olim ad a. 844–847. De re et tempore cf. Böhmer/Herbers n. 17.

5317 (844–846 ante nov. 11)

JE 2592 Andreae patriarchae Foroiuliensi (Aquileiensi), quem cum Venerio patriarcha (Gradensi) litem eorum compositurus ad diem b. Martini (nov. 11) Romam evocaverat, scribit „... hoc animo (suo) veni(sse) consilium, ut sine auctoritate sive consensu karissimi filii ... domni imperatoris hoc non debuisse(t) peragere“; petivisseque se ab imperatore, ut sibi, cum „pene omnes ecclesię scandala pat(erentur)“, generalis synodi convocandae licentiam concederet. Promittit responso accepto se ad eorum utrumque litteras missurum. – *Pro universis Dei*.